

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10**

**Gamans, Johannes**

**St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758**

V.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

abbate Epus Argentinensis factus est, ejus laudes vid.  
apud Guillim. l. 7. c. 11. Monria aliquot valde locu-  
pletauit, in primis etiam Schuffaria, quod magister  
ejus Pirminius fundasse legitur: ceteri alij Ruthardum,  
Alfatic ducem Monrij hujus fundatorem primum fa-  
ciunt an. 724.

V. Rambertus I. Hettoberti filius Altenburgi et in Bri-  
sica dominatus est; Monrium S. Truperti instauravit  
magnis sumptibus, ita ut conditor secundus a po-  
steris vocari et honorari meruerit, ob. an. 771.

VI. Guntramus: de hoc nulla alia extat memoria,  
quam quod fundamenta Arcis Scharsenstein jecisse  
scribitur: Sedem et habitacionem habuisse Altenburgi,  
ut reliquos ipsius antecessores et posteros testatur  
Manlius; sepultus pariter ad S. Trupertum an. 824.  
Reliquisse filios Luitardum et Luitfridum: huic  
Altenburgum, Alfaticam et cetera obvenisse tanquam  
majori, alteri Brisicam: Tertij filij meminisse Laetus,  
quem Vifelinum seu Lanzelinum dictum ex aliorum  
testentia affirmat, cum Lanzelinum aut Landolus  
epus credit Guillimany, quem Trevirensis Elfia Archi-  
epus fuisse recenset ex Gerardo. De Luitardo al-  
tero filio dignum memoria aliud nihil reperitur,  
nisi quod Gengenbach, Herminio Monrij ante a Pir-  
mino, ut alia plura ejus tractus, conditum multis  
possessionibus auxerit, atq; adeo inter primos ipsij  
fundatores numeretur.

VII. Luitfridus I. hujus nominis Guntrami filius ob.  
an. C. 855. superstitibus liberis Luitardo II. Hugone  
et Ermentruda, qua Conrado Burgundia minoris